



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

LXXXV. Markgraf Ludwigs des Aelt. Verschreibung über die der Stadt Königsberg zuständige Zollfreiheit in der Mark Brandenburg, vom 4. Oktober 1351.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55515](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55515)

LXXXV. Markgraf Ludwigs des Aelt. Verschreibung über die der Stadt Königsberg zuständige Zollfreiheit in der Mark Brandenburg, vom 4. Oktober 1351.

Nos Ludovicus, Dei gracia Brandenburgensis et Lusatie Marchio, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes Palatinus Rheni, Bavarie et Karinthie Dux, Tyrolis et Goritie Comes, nec non Aquilegensis, Tridentinensis et Brixinensis Ecclesiarum Advocatus, Vice et nomine nostri magnificorumque fratrum nostrorum dilectorum Ludovici Romani et Ottonis, Marchionum Brandenburgensium, ac heredum nostrorum, prostemur publice per presentes, quod Prudentibus viris Consulibus et universitati Civitatis Koningesberch, fidelibus nostris dilectis, presentibus et futuris, meritorum suorum fidelium nobis exhibitorum et in posterum fideliter exhibendorum Consideratione, talem gratiam facimus per presentes, ut ubicunque ipsi vel eorum Concives in perpetuum cum suis mercimoniis per terras nostras Marchie Brandenburgensis transferant, videlicet per Civitates, Oppida et villas, per aquas Odere, Habil vel Albee et simpliciter per omnia loca predictarum terrarum nostrarum, ascendendo et descendendo, de omni donatione theolonei fore debeant undique supportati, Mandantes obinde universis et singulis theolonariis per terras nostras predictas Marchie constitutis et qui pro tempore fuerint, nostre gratie sub obtentu, ne contra presentem gratiam ipsis factam aliquod theoloneum ab ipsis recipiant, exigant vel requirant, seu recipere, exigere vel repetere audeant vel presumant aliquid in futurum. Quam quidem gratiam premisse Civitati fecimus et facimus obinde, quod Illustrium Principum Marchionum Brandenburgensium, Predecessorum nostrorum, litteras vidimus, super predicta gracia efficaces seu notabiles, quod de jure sepedicta gracia frui debeant et gaudere secundum continentiam earundem. In cujus rei testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Presentibus strenuis viris Friderico de Lochen, Capitaneo nostro Marchie, Wolfhardo de Satzenhofen, Corie nostro Magistro, Hassone Seniore, Hassone de Valkenborch, dictis de Wedel, Petro de Breydow, Johanne de Rochow, Militibus, et Ottone Morner cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Koningesberch, Anno Domini millesimo tricentesimo quinquagesimo primo, in die beati Francisci Confessoris.

Aus der Gumbling'schen Urkunden-Sammlung Mspt. III, 2. S. 228 und dem Königsberger Copialbuche No. 48, mit dem im Königsberger Stadtarchive unter No. 62 aufbewahrten Original übereinstimmend.

LXXXVI. Markgraf Ludwig verspricht der Stadt Königsberg, daß ihr nach der Auslösung von Schwedt aus dem Besitze des Herzogs Barnim die Zollhebung zu Schwedt auf 10 Jahre überlassen werden soll, am 10. Oktober 1351.

Nos ludewicus, dei gracia Brandenburgensis et Lusatie marchio etc., Nostro et fratrum nostrorum dilectorum Ludewici romani et ottonis, marchionum brandenburgensium, nomine publice prostemur in hiis scriptis, Quod discretis viris Consulibus civitatis nostre konin-